

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De conventiculis

Disputatio Theologica ...

.. Posterior eaque dogmatica

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Gottesheim, Johann Ernst von
Leonhard, Georg Friedrich**

Argentorati, 1705

§. 3

urn:nbn:de:bsz:31-105820

§. 3.

Applicabimus jam locum ad præsens institutum & vide-
mus quid roboris habeat, vel solus, vel cum aliis. Aposto-
lus scripsit ad suos, cum summa urgeret necessitas, nec erat
Magistratus Christianus, nec verbo & ministerio suo libertas,
E. his cessantibus, eadem ratio doctrinæ obtainere debet.
(2.) Apostolus jussit se invicem docere in omni charitate vera,
E. conventicula sunt instituenda, ut calumniis proximus lace-
retur (3.) Apostolus jussit se invicem docere & adhortari in
omni sapientia, E. ut quivis tutor, sartor, metrix &c. quicquid
in mentem venit ad verbum DEI proferat. (4.) Apostolus
scripsit ut se invicem doceant & hortentur secundum sapien-
tiam qua ipse usus est, ut omnia fiant ordine & decenter E. sine
ullo ordine contra institutum publicum Ecclesiarum & Magistra-
tus interdictum conventicula sunt instituenda (5.) unusquis-
que debet alterum instruere ut etiam bona artes in sapientia
florent E. in conventiculis docendum est, ut bonae artes
aboleantur, & sana doctrina corrumperatur, ut sit apud ejusmodi
homines. Quis non videt, verbum DEI his institutis ho-
minum male sanorum minimè patrocinari? Quin imo iisdem
adversari; ut vel hinc sit manifestum ejusmodi homines verbo
DEI non aliter uti, quam pallio eximio, quod erroribus suis
circumponant, ne falsitas pelluceat: nam & hoc mirandum
est, hunc locum aliquando ab ipsis esse adductum contra adia-
phora, qui si sensu pietistico contra Pauli intentionem expli-
cketur, naturalia plurima tanquam peccata maxima damnabit,
quod b. L. facile animadvertiset. Rectissime ergo Magistra-
tus noster inclitus & superioribus seculis ejusmodi conventi-
cula prohibuit, ut tum in hac disputatione, tum in thesibus Pie-
tistis oppositis ostendi; & nostro seculo idem interdixit, sicut
de fatis illorum hominum in priore disputatione historica
ostensum est, aliisque plurimis exemplis adhuc doceri posset,
si necessitas flagitaret. Recte etiam hinc Electorale Hanove-
ranum edictum d. 20. Febr. 1703. & simile Cassellis factum
mens. Sept. 1702. & Holmiæ Suecorum 1694. ejusmodi

F 2

§. 2.

con-